



Disputatio juridica inauguralis de fériis

<https://hdl.handle.net/1874/345154>

25.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,

F E R I I S.
^{D E}

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Auctoritate Magnisci D. Rectoris,

JACOBI VALLAN,

M.D. Praxeos & Institut. Medicinæ Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academicī consensu, Nobilissimaeque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Eruditorum examini subjicit

FRANCISCUS van BERGEN dictus MONTANUS. Slusā Fland.

Ad diem 20. Julii horâ locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, c̄lo lcc xci.

*Nobilissimo Gravissimoque
V I R O*

D. MAXIMILIANO ENGELS. J. U. D.
Nobilissimi Collegii Franconatus, Slufæ in Flan-
driâ residentis, Consuli Dignissimo, Avunculo
meo in æternum Colendo:

U T E T

Clarissimo Doctissimoque VIRO

D. LUCÆ VAN DE POLL. J. U. D. & in
Almâ Trajectinâ Palæstrâ Antecessori subtilissimo,
Promotori meo venerando, studiorum Juridico-
rum fautori:

N E C N O N

Sagacissimo Experientissimoque VIRO

D. NICOLAO LASTDRAGER. J. U. D.
& coram Curiâ Provinciali Ultrajectinâ Causarùm
Patrono strenuissimo

*Me ut & Disputationem hanc
Inauguralem offero &
Dedico,*

FRANC. van BERGEN dictus MONTANUS. Au&



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
DE
FERIIS.

THEISIS I.



Erie (quæ secundum Jus Civile durant de mediâ nocte in medium noctem l. 8. ff. b. t. secundum Jus Canonicum de vesperâ in vesperam, Decr. Greg. lib. 2. tit. 9. Cap. 1.) ita dictæ secundum communem opinionem a feriendis hostiis, videlicet Hub. in Praelect. ad hunc tit. Zoz. in Comm. ad ff. in b. t. Alio nomine a Romanis etiam nuncupabantur Dies nefasti, quia illis diebus jus fari illicitum erat, teste Ovidio lib. fast. 2. cum dicit

Ille nefastus erit per quem tria verba silentur.

Quæ tria verba nihil aliud erant quam DO, DICO, ADDICO, in quibus universa Prætoris jurisdictio, quæ modo esset in judiciis, continebatur, ut dicit Job. Calv. in Lexico suo ad hec

A 2 verba

DISPUTATIO JURIDICA

verba. Præterea etiam vocantur *Dies feriai l. 6. ff. b. t.* item *Feriaici l. 2. ff. b. t.* item *Dies festivos eos vocat Plut. in Problem.* Sed quandoquidem Jureconsultus magis res quam verba debet curare, nos & hæc relinquentes ad rem transibimus.

I I.

Sciendum autem est nos h̄c per vocem *feria* non indigitare illas ferias, quæ olim apud Romanos familiis quibusdem propriae erant: ut *Feria Julia*, *Cornelia*, *Claudia*, *Julia* &c. vide *Rosin. in Antiq. Rom. lib. 4. Cap. 17.* de quibus lex erat in lege XII. Tabul. in Part. 1. leg. 1. secundum *Hottomannum*: nempe, **SACRA PRIVATA PERPETUO MANENTO.** Non etiam illam vocem accipio in eâ significatione in quâ olim accepta fuit, cum unaquæque *Dies feria* dicebatur, ut prima feria, pro die solis; secunda Feria pro die Lunæ &c. *Job. Calv. lex. in voce Feria* sed nihil aliud hæc voce intellectum volumus quam, *Dies* quibus silentiū judiciorum strepitus, *Alcyonia Fori*, *Hub. in Prelat. ad h. t.* quibus datur vacatio à forensibus negotiis. *l. 9. ff. b. t.* Quibus nec jus dicitur nec Magistratus sui potestatem facit *l. 5. ff. b. t.*

I I I.

Feria Dividuntur in *Divinas & Humanas l. 7. C. b. t.* *Divine* sunt quæ propter cultum Divini Numinis institutæ. *l. ult. C. b. t.* *Humanæ* quæ propter causam vel necessitatem humana introductæ. *l. 1. pr. ff. b. t.* Utræque rursus subdividuntur in *solennes* sive *ordinarias & repentinæ seu extraordinarias. l. 3. C. de dilat.* *Solennes* sunt quæ statim temporibus recurrent. *Ek. in princ. Juris ad h. t.* *Repentina* quæ extra ordinem indicuntur *l. 26. §. 7.* *Ex quib. caus. Maj. de utrisque h̄c paucis nobis agendum erit.*

Feria

I V.

Feriæ Divinæ solennes sunt: Dies Dominica. *I. ult. C. b. 2. Decret. 2. Caus. 15. quas. 4. Cap. 1 & 3.* Dies Paschalis, Natalis & Epiphania Christi, *I. 2. & 7. & 8. C. b. t. Decret. 3. Dist. 3. Cap. 2.* Feriae Humanæ solennes sunt feriae Messium & Vindemiarum. *I. 1. pr. ff. b. t.* Feriae Repentina seu extraordinariae tamen Divinæ quam Humanæ, sunt quæ propter extraordinarium casum a summo Magistratu indicuntur, *I. 1. C. b. t.* nempe vel lætitiae causæ, ut propter res a principe feliciter gestas. *I. 26. §. 7. Ex quib. caus. maj.* vel cum dies supplicationis est *vide Hub. in pral. ad b. t.* Quæ dies supplicationis & nunc quam maxime in Orbe Christiano obtinent, ut experientia satis docet.

V.

Postquam vidimus quid & quotuplices sint Feriae, queramus jam quinam habeant potestatem Ferias indicendi, quinam jus habeant illas tollendi. Et quidem quod ad Diem Dominicum, summam cunctarum feriarum Divinarum solennium, argumento Decalogi, 4. præcepto, ille jure Divino positus iussus, & Introductus, a nemine, nisi a solo Deo tolli vel mutari potest; verum quidem est illum diem accepisse vim civilem obligandi subditos, ex legibus latissimis Principibus Christianis ut. *I. ult. C. b. t.* antea Tamen in conscientia erant obligati parere Deo. Cæteræ autem Divine & solennes, ut Paschalis Dies, Natalis Christi, Ascensio, & similes multæ, utpote a Deo non mandatae, sed a Potestatibus summis introductæ *I. 2. & 7. C. b. t.* rursus ab iisdem tolli posse certissimum puto, quod an Divino juri consentaneum esset, Theologis enucleandum relinquo.

VI.

Feriæ Humanæ & solennes ut Messium & Vindemiarum tempore, illæ propter necessitatem agricultaræ, a summis potestatisibus sunt introductæ *l. 1. pr. ff. & l. 2. C. b. t.* Illasque ferias utpote juri naturali quam maximè consentaneas, imo & necessarias, plenè tolli posse non est credibile: posse verò illas pro situ regionum variari, ut & rationi sic & juri Civili convenit. *l. 4. ff. b. t.* Feriae autem repentinae tam Divinæ quam humanæ a solâ indicantur summâ potestate; Olim quidem a Magistratibus majoribus, ut Prætore, Consule &c. *l. 26. §. 7. ex quib. ca. maj.* Post occupatam rem publicam a nemine nisi solo Principe *l. 1. & 4. C. b. t.* qui proinde etiam solus jus habet eas abrogandi, juxta hoc. Nihil tam naturale est quam ut aliquid eodem modo solvatur quo colligatum est *l. 35. R. I.*

VII.

Videamus nunc quis sit feriarum finis. Divinarum finis est ut homines res humanas & negotia terrestria relinquentes se cultui Divino dedant *l. 2. 3. & ult. C. b. t.* Humanarum, solennium finis est, ut illi qui ruri habitantes agros colunt, beneficio *justitiæ*, fructus tanto facilius possint colligere *l. 1. pr. ff. & l. 7. C. b. t.* Sed feriarum humanarum Repentinarum est, ne strepitus judiciales turbent commune gaudium communemve luctum: ut colligi potest ex *l. 26. §. 7. ex quib. cons. maj.*

Finem

INAUGURALIS.

7

VIII.

Finem excipiunt effectus, qui varii sunt pro earum diversitate. Et Effectus quidem Divinarum est ut judicia illis diebus lata, sint irrita, *l. 2. fin. C. b. t.* imo nec partes his feriis renuntiare possunt ut patet ex *l. 8. & ult. C. b. t.* quod & juri Canonico est quam maxime consentaneum *Decr. Greg. lib. 2. t. 9. c. 5.* Sic & omnes actus judiciales qui tempore feriarum humanarum gesti sunt inter invitatos, seu ab unā, seu ab utrāque parte, sunt ipso jure nulli, *l. 1. §. 1. ff. b. t.* ita tamen ut partes feriis Humanis solennibus renuntiare possint, judece nempe consentiente *l. 6. ff. b. t. l. 36. ff. de recept. q. arb. rec.* quod & jus Canonicum statuit *vid. dict. l. 5. in fine.* Feriis autem humanis honorariis seu repentinis nemo renuntiare potest; vide *Lauterbachi Comp. jur. ad b. t.* Ratio discriminis videtur mihi hæc: quod feriæ solennes constitutæ sint in gratiam rus colentium, *l. 7. C. b. t.* nemini autem invito beneficium dari certum est *l. 62. R. I.* feriæ autem repentinæ indicuntur a Principibus seu summo magistratu, non in beneficium subditorum, sed in suum proprium honorem, ob res puta feliciter gestas, aliamve publicam ob causam *l. 26. §. 7. ff. ex quib. caus. maj.* non ergo subditorum est illis renuntiare.

IX.

Diebus feriatis, uti diximus, strepitus forensis cessare debet, verūm quæ sunt voluntariae jurisdictionis, ut Manumissio, Emancipatio, &c. ea licet impune peragere. *l. 2. & 8. C. b. t.* sic etiam investigatio latronum & cognitio causarum criminalium, quæ periculum in mora habent, *l. 10. C. b. t.* Imperator Constantinus in *l. 3. C. b. t.* non tantum vetat, Diebus festis Divinis & præcipue die Dominicâ, actus judiciales, sed & omnes

DISPUTATIO JURIDICA

omnes artes & officia , exceptâ agriculturâ , verum & hæc postea ab Imperatore Leone vetita est. in 54. *Constitutione ejus.*

X.

Naturâ , causâ effectibusque feriarum , sic satis cognitis , restat ut quasdam circa eas quæstiones solvamus : & primo quidem ; *An citatus Die feriato teneatur comparere coram judice?* Quod maximè negandum putamus ; vox enim præconis illo tempore debet silere *I. ult. §. 1. C. h. t.* & quandoquidem omnes litiges quiescunt , citatio quæ est litis principium (ut colligi potest ex *Clar. Viro van Eck ad tit. de Judiciis*) nullam vim habere potest , ac proinde citatus die feriato , non est obligatus ad se judicio sistendum , quod etiam Juri Canonico videtur convenire , *Decr. Greg. lib. 2. tit. 9. cap. ult.*

X I.

Ulterius quæritur : An citatus in diem feriatum , proximo die non feriato cogatur venire ! Quidam putant quod sic , teste *Zoesio in Com. ad h. t. §. 5.* Ego vero una cum dicto Zoesio judico quod non teneatur , si nempe expresse citatus sit in diem feriatum ; illa enim citatio quandoquidem nulla est ab initio , postea reconvalescere & aliquid operari nequit ; juxta *I. 29. R. I.* quod autem ab initio nulla sit ex dictis constat , nemo enim invitus illis diebus in judicium vocari potest *I. 1. pr. f. h. t.* Si autem citatus sit ut veniat intra diem aliquem festum , seu antequam dies ille festus alluxerit , citatio illa dubio procul valebit , si interea sint dies non feriati . Sic etiam si citatio ita facta sit , ut citatus veniat V. G. nonis Maji , vel si ille dies sit feriatus , proximo die non feriato , omnino tenebitur se in judicio sistere.

Queritur

INAUGURALIS.

XII.

Quæritur præterea: An die feriato testes audire & examinare liceat; Quod videtur negandum, cum omnes actus contentioſe jurisdictionis vetitæ sint, l. 1. & 7. ff. l. 3. & 8. C. b. t. testium autem examinationem pertinere ad judicia contentioſa clarissimum puto. Secus est si causa sit Criminalis quæ dilationem non patitur l. 10. C. b. t. Lites autem jubentur quiescere l. ult. C. b. t. non quiescunt verò cum testes examinantur; & sic a simili etiam concludere possumus, quod etiam illis diebus examen instrumentorum illicitum sit.

XIII.

Quod sententiam pronuntiare sit illicitum illis diebus, clarissimum puto, cum certo certius contineat judiciale strepitum, qui etiam vetitus est Jure Canonico Decr. Greg. lib. 2. tit. 9. Cap. 5. Sed an liceat pronunciatam exequi die feriato? Quæſtio est. Quod ad Jus Canonicum, sunt qui putant (teste Zoesio) licitam esse executionem, quia illa in dicto Cap. 5. inter alia quæ ibi vetantur, non est enumerata. Puto tamen hoc male ita judicari, quia in dicto Cap. 5. omnis strepitus judicialis vetitus, executionem autem sine strepitu fieri posse plane impossibile est vide Zoes. ad h. t.) Clarissimè autem Jure Civili patet executionem illicitam esse, vide l. ult. C. b. t. ubi expressè executiones prohibentur.

XIV.

Tandem Quæſtio est; An Die feriato appellatio ab aliquo possit interponi? Hic puto cum distinctione respondentum: si appellans privaretur defensione sui & tempus appellationi præscriptum

B

20 DISPUTATIO JURIDICA INAUGUR.

scriptum elaberetur (quod est decem dierum Nov. 23. Cap. 1.) omnino appellare poterit. Si vero alio tempore possit appellare illi puto die festo appellare illicitum esse, quandoquidem necessitas se defendendi tunc cessat. Plura proculdubio de feriis dici possent, sed quia nobis Disputatio non tractatus scribendus est, hic subsistimus.

A N N E X A.

I.

MInor 25 annis, modo habeat annos impletos 17, potest procurator ad lites esse, non vero Defensor.

II.


De nullis criminibus, capit is pœnam non

*non incurritibus, transigere li-
cet.*

III.

*Periculum rei venditæ, eis non sit
tradita, ad Emptorem pertinet.*

FINIS.



TOEJUYCHING

Ter Inwying

Van den zeer geleerden en zinrijken HEER

FRANCISCUS VAN BERGEN gesegd MONTANUS

Tot beyden der Rechten Dochter.

F raaye Borsten, schrandre Zinnen,
egte borgers van Atheén,
artse beus'len noyt beminnen;
a een ander pad sy treēn.
F R A N C I S C U S iersel van onſ' ingeseten,
ngewyd in Themis kerk,
oekt gy wijs te zijn geheten?
om, ontfang dan loon voor 't werk,
voor desen suur gevallen:
U maak de vruchten en 't gewin,
an uw' arbeyd, stel het mallen
an een kant, wijl g'een begin
eemd, om kerk en land te stieren.
B loeid nog verder door uw' geest;
E ergedichten en Laurieren,
R eikt men u toe op dit feest.
G eef nu teekens van uw' flooven,
E n laat blinken uw' verstand,
N ooit vermoeid; soo moet men looven,
O T G aauwe

Gaauwe geesten in ons land.
Eer en deugd en wetenschappen,
Schijnen uyt in uw' perzoon,
En treed moedig op dees' trappen;
Ga nu heen, ontfang uw' loon:
Dan sult gy nog sijn verheven;
Midden in het hof van Staat,
Om daar raad en daad te geven,
Na der Rechten regte maat.
Toon te zijn een man van reden,
Als gy zijt ten top gesteld;
Mimmer wil het recht vertreden
Nw' verstand werd meer gemeld
Uoo u noyt misleyd het geld.

Amicus Amico cecinit

CORN. RUYL. J.U.D.

LOUWERIER-KRANS.

Geologien voor den HEER

FRANÇOIS VAN BERGEN gezegd MONTANUS.

Wanneer hy tot Meester in beide de Rechten , met
groote lof verklaard wierde.

En ieder mens wilt naar zijn zinlijkhe-
den leeven ,
Dög weinig zijn'er die haar zelven oover-
geeven

Tot deugd en naarsigheid. De woeste en domme
jeugd ,
Volgd vaak haar eige drift , en schept een' groote
vreugd

In't geen haar goeddunkt : schoon zulks ieder moet
vervloeken.

De een agt de min veel meer dan Pallas wijze
Boeken.

Een ander houd het weer met Bacchus en Sileen ,
En leefd als Epikuur. O tijden en o zeén!
Maar die zig tot de deugd in dees' bedorven tijden
Wil oovergeeven en in Pallas kerke strijden
Verdiend eens ieders gunst , en eene onsterflijke
eer ;

Zijn lóf en naam gaat uit 't geheugen nimmer-
meer.

Uw lóf VAN BERGEN diend ook nimmermeer ver-
geeten ;

Dewijlgeu deftig hebt in Pallas school gekweeten ,
En

En alijd hebt getragt naar wijsheid zonder end,
Op dat'er niets voor u mogt weezen onbekend.
Gy zógt de wijsheid op uit meenigte van Boeken,
Gelyk de Bye weet den booning op te zoeken
Vit schoone bloemen, die men ziet in Floraas Hof,
Waar in de Bye vind verscheidenheid van stof.
Zo wist u schrander brein van uwe teedre jaaren

In vrouw Minervaas school, de wijsheid te vergaaren.

Gy leerde dag en nacht door onvermoeide vlijt,
Met wat een naerstigheid besteedde gy uw' tijd
In alle konsten! Dog waar op gy't meeste letten
Was op de weetenschap, van't recht en van de wetten.

De Rechtgeleerdheid was uw eenig oogemerk
Uw iever was daar't grootste. O zuil van Themis kerk!

Gy oeffende in die konst u zelven zo voorspoedig!
Gy streed in Themis school, zo onbeschroomd! zo moedig!

Dat ieder staat verbaasd, wijl ge in zo korten tijd

Ter Rechtsgeleerdheid word zo loslyk ingewijd!

Uw werk is nu ten einde Astraea komt u kroonen
VAN BERGEN, als het puik, van haare voetsterzoonen!

Zy vlegt reeds om uw Hoofd een krans van Mirt en Palm.

De Zangberg juigt en kweeld. Ik hoor de weeder-galm.

Ik hoor Apollo en de neegen zustren kweelen,
Zy willen haare vreugd met onze vreugde delen:
Dewij!

Dewijl de luister van't Romeins en Duits Parnas
Word ingehuld. Indien Apol my gunstig was,
En zo ik nu eens had op Helikon gedronken
De Hippokrene als gy. Zo ik wierd met de vonken
Van uwe geest bestraald, ik zou voorwaar mijn
pligt
Volbrengen (als 't betaamd,) met een hoogdraa-
vend Dicht.
Verschoon my; zo 'k uw lof verbrei door slechte Dich-
ten,
De wil, schoon magteloos, voldoed nogtans zijn
pligten.

SAMUEL VANDER HEIDEN.

